Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

non enim ait filii matris tuae sed filii patris tui;
Et qd sequitur ad prehendam filium ascendisti.
Ostendit eum captuos populos ee ductorum
& iuxta intellegentiam sacratiore ascendis
ta in altum captiuam duxisse captiuitatem.
Siue quod melius puto, captiuitas passionem.
Ascensus resurrectione significat. Alligans
ad uineam pullum suu & ad uitem asinam suam;
Quod uidelicet pullum asine, cui supsedit ihs hoc
est, gentiu populum uineae apostolorum quia ab
iudeis sunt copulauerit; Et ad uitem siue
ut in hebreo hab & ad sorech id. e. electa uitem;
Alligauerit asinam, cui supsedit, ecclesiam
ex nationibus congregatam; Quod autem dicit,
filium, conuersionem. ad ipsum iudam facit;
Quod xps haec sit uniuersa facturus, qd ut. e.
dicitur, non auferetur sceptru de iuda & dux
de femoribus eius donec ueniat ille, qui mit
tendus. e. & ipse erit expectatio gentiu. sig
nificat, quod non deficerent principes de
tribu iuda usque ad tempus, quo natus. e. xps
qui missus a patre, expectatio. e. gentium.
Isachar asinus fortis accubans inter minos